



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||  
Secretarii Opervm ||**

**Poggio Bracciolini, Gian Francesco**

**Argentinae, 1513**

**VD16 ZV 12623**

Ioanni Spelmibergensi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14341**

## LIBER EPISTOLARVM POGGI

Sic nocte paulum quid plus bibisset / ipse in celum ad Iouem ipsum adutolasset: non Mercurium stultus suę finxit et nunc sit. Sed errauit aspectu pauli homo velatus graui oppressus somno. Quas enim musas putauit / corniculis & ranis extiterunt: quare altere coaxantem illius loquacitatem / altere mentis vertiginem representabant. Nam quod stulto illi commune cum musis: qui nihil nisi garrisce nouit impitillimus oim qui vivunt. Orpheum se aut museum extimauit / ad quem musarum chorus tanquam ad Aiacum proficiscerent. Iouem pterea minus oculorum: cui magna cure efflent fanatici hois somnia. Recte tam per somnum musas secundum locutas simulant. Si em ad hominem vigilante verba fecissent: aliquid forsitan ab eis discere potuisset. Nunc cum nihil litterarum sciat: cum sit oim quos norim stultissimum: quicquid nouit / cum parvum id ex istat / rectissime somnum id testatur. Et ne hoies fraudet homo liberalis / ipse etiam hoc litteris mandauit. Nunquam quicquam verius aut scribere / aut loqui potuit. C. q. se somniare cum scribit / aut loquitur. Quem cum vere somnium / euia & C. digna / indignissima sunt quibus respondeat. Hæc vero post risum ad retundendam illius pertinaciam ad te scripsit ut quoque rideas / si epistolam quam circuferre ad ostentans onem ceperit / ad te destinauit. Vale. Ferrarie pridie Kalen. Aprilis.

Poggii Ioanni Spelmbergi. S.D.P.

Confisius dudum non eloqueretur / quæ nulla in me est: sed tua humanitate atque me benivolentia: mihi ad te disputatoem habitam nup am cum Guarino nostro super Scipionis Cesarisc pstantiam: quæ tibi placuisse summe est mihi voluprat. Sed vide ne tuus amor fallatiudinem quod fers de rebus meis. Vereor ne tua affectio erga me amplius sentire te cogat / q. veritas patiat: gaudeo tamen si qua in res fatigantes rem tibi. Neque est opus ut te excuses tarditatem in scribendo. Semp sit cito / quodcum bene / vero eiusmodi res erat ut festinatōrem postularet. Epistola tua hodie mihi fuit redditus: quis qui attulit se postridie recensuram affirmauit. Rogauit tamē ut rediret: nam si quid esset occidit me promisi tuis fratribus responsurum. Sumpto itaque calamo na festina hæc ad te exaraui / ne rediret vacuus. Apud te scribam pluribus. Si am plius tempis sufficeret / fecissim transcribi aliquas epistolas / quas spero tibi non invenias fore. Sed si quis denuo ad nos veniat: facito ut mecum loquar: parabo interim aliqua quæ ad te deferant. Vale. Ferrarie. ij. Maij.

Poggii florentinus Guarino suo. S.D.P.

Hodie accepi a te liras / & simul a doctissimo viro Ioanni Spelmbergi. cuius respondi paucis verbis: quoniam pluribus scribendi tempus non dabat: cum is qui attulit litteras / diceret se in postostorum diem discesserit. Itaque & tecum ero brevior: q. velle. Fecisti rem mihi gratissimam qui reddidisti libellum meum Ioanni. Q. vero per his causam fuit cur tardius traderet: parentum fuit tempis iniurianti. Neque tamen in hac tarditate aliqua factura facta est: quare nulla opus est excusatione. Q. scribis esse nonnullos mihi amicos viros graues ingenio & doctrina pstantes: est mihi etiam atque etiam summe gratum velle ut id meis meritis tribui posset. Sed totum proficisci ab eorum benivolentia / qui mea pluris faciunt q. sit equum. Gaudeo tamē quæcumque eius rei causa sit: me diligi a multis. cum nihil sit in hac vita pstantius q. id agere multorum benivolentia dignus esse videaris. qd egregie virtutis signum esse consuevit. Sed quoniam nulla in me virtus existat: letor tamen habere aliquam de me virtutis opinionem. cum id & ad laudem conferat: & sit velut incitamentum / ut tales conemur euadere / quales esse existimamur. Sed haec hactenus. Scripsi hac manu sed magis unpotius pauca scriberem q. nihil. Vale mihi suauissime Guarino. Ferrarie. Maij.

Philippus Maria Dux Mediolanus / eruditissimo viro amico nostro  
dilectissimo Poggio ciui Florentini. secretario apostolico. S.D.P.